6.VII
1470


In nomine domini amen. Sub anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo indictione tercia pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providencia pape secundi anno ipsius sexto die mensis sexta mensis Iulii
hora vesperorum vel quasi in domo habitacionis providi Clementis [illegible] in nova civitate Cracovie sita in mei notarii
publici subscripti et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter venerabilis
dominus Iohannes Lanka canonicus et plebanus Lanczicziensis, per serenissimum principem et dominum dominum Kazimirum dei gracia
regem Polonie magnum ducem Lithwanie Russie Prussie que dominum et heredem etc. ad altare assumpcionis beate Marie
in ecclesia parochiali Wyelicziensi per liberam resignacionem honorabilis domini Iohannis Dzyrzlasz ipsius altaris ultimi
altariste prebendarii ut asserebat presentatus [illegible] et per reverendo [illegible] serenissimi domini Regis presentantis nominibus et
tamen sufficienter [illegible] ipsius domini melioribus modo via iure causa et forma quibus melius et efficacius
potuit et debuit fecit constituit creavit et solempniter ordinavit suos veros et legitimos procuratores actores factores negociorumque
suorum gestores et nuncios speciales et generales ita tamen quod generalitas specialitati non deroget et econverso sed quod unus eorum
inceperit alter mediare valeat et finire, videlicet honorabiles et circumspectos viros dominos et magistros Iohannem de Dobzyelnyka,
Iohannem de Coprzywnicza, Nicolaum de Opathowicze, procuratores consistorii Cracoviensis, Nicolaum de Kuklin et Albertum
de Sholycz, altaristas et vicarios maioris ecclesie Cracoviensis, omnes et eorum quemlibet in solidum absentes tamquam presentes ita tamen quod
non sit melior condicio occupantis quam [illegible] sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat, dans et concedens dictis
suis procuratoribus aut eorum alteri plenam posse et omnimodam potestatem et facultatem ad comparendum et se representandum
coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Iohanne dei gracia episcopo Cracoviensi aut venerabili magistro Stanislao
Cobylino decretorum doctore canonico et vicario in spiritualibus Cracoviensi generali et aliis quibuscumque iudicibus ordinariis
et extraordinariis necnon et aliis in partibus et in curia Romana auctoritate apostolica vel alia quacumque deputatis vel
deputandis delegatis vel delegandis et quarumque auctoritate preeminentibus causas quascumque seu causas pro et super altari
predicto in ecclesia parochiali Wyeliczensi Cracoviensis diocesis cuius iuspatronatus et presentandi tociens et ad relictam
nobilem et famosam dominam Ursulam olim domini Seraphini zuparii relictam [illegible] et Petri et Magdalene filii et
filie ipsius ac Nicolaum [illegible] presbiterum eorum eciam [illegible] presentatum necnon venerabilem dominum Mathiam de [illegible]
canonicum Cracoviensem et Nicolaum [illegible] ipsius [illegible] ut dicitur ad idem altare ultimo per liberam resignacionem quondam domini
Iohannis Dzyrzlasz vacantem et quoscumque presentatos quibuscumque nominibus censeantur pretendentes institucionemque dicti et aliis
quibus vis presentatis de dicto altari fiendam impediendi et impugnandi causas racionabiles allegandi et defendendi
presentaciones iuris et honoris facienda [illegible] ipsius domini serenissimi regis Polonie et domini constituentis prosequendi
et defendendi et eius nomine agendi libellum seu libellos et quascumque summarias peticiones offerendi et econverso dari
et offerri videndi litem seu lites contestandi et contestari videndi et audiendi posiciones et articulos dandi et offerendi
dari que et offerri videndi posicionibus et articulis respondendi et econverso videri petendi iuramentum de calumnia
vitanda et veritate dicenda et aliud cuiuslibet licitum et honestum in animam domini constituentis prestandi et econverso
prestari videndi et audiendi testes instrumenta privilegia et alia omnia probacionum genera offerendi et producendi
et econverso produci et offerri videndi contra dicta et personas testium et alia omnia et singula producta excipiendum
crimina et defectus opponendi et econverso excipi et opponi videndi replicandi duplicandi triplicandi et quadruplicandi
replicari que duplicari triplicari et quadruplicari videndi sentenciam sive sentencias tam interlocutorias quam diffinitivas
ferri petendi et audiendi ac ab eis et eorum qualibet et in quantum opus fuerit appellandi et provocandi apostolos que dari
petendi et recipiendi unum vel plures procuratorem sive procuratores loco sui substituendi et eum vel eos revocandi quociens
opus fuerit renovandi et omnibus huiusmodi procuratorum in se reassumendi. Promittens dictus dominus constituens michi notario
publico infrascripto manu sollempniter stipulanti habere omnia rata grata atque firma quecumque predictos ipsius procuratores
legitimos aut eorum alterum vel ab eis substitutum actum factum gestum ve fuerit in premissis seu personaliter interfuisset quoque
veri et legitimi procuratores in premissis facient et facere consueverint [illegible] iudicio sisti et iudicatum solvi
sub ypotheca bonorum suorum mobilium et inmobilium obligavit et ypotheca. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus
dominus constituens petivit a me notario publico infrascripto sibi dari et confici necessaria publica instrumenta. Acta
sunt hec anno indiccione pontificatu die mense hora loco quibus supra presentibus ibidem venerabili et nobilibus dominis
magistro Michaele de Costro? archidiacono Leopoliensi altarista Cracoviensi et notario regio Kasimiro [illegible] notario publico
Miklasio de Myelona et aliis multis testibus fide dignis clericis et laycis Cracoviensis et Poznaniensis dioceses ad
premissa vocatis et rogatis



Et ego Mathias de Gambiza? clericus Wladislaviensis diocesis
publicus auctoritate imperiali notarius quia predictis procuratorum
constitucioni [illegible] relevacioni aliisque omnibus et singulis
premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis
testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic
fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum
manu propria scriptum in hanc publicam formam redegi meque hic
subscripsi signoque et nomine meis solitis et consuetis
consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et
requisitus

[illegible]

Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo — Mandat lant...
Martis xxv mensis Junii oblata per magistrum Nicolaum de Spatthowm una
cum protestacione publica ut ex tergo prothocolli





Dypl 405

No kon